



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XLIV. De redervatione bonorum pro Ruthenis ad fidem reevertentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

XLIV.

Statuitur ut Ruthenis ad fidei unitatem revertentibus bona sua integre reserventur.

Clem. XI. Conf. ed. 1704. Mar. 3. P. 4. confirmata & ampliata fuere privilegia Neophytorum quod temporalia. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1727. Feb. 14. P. 2. Confirmatur Decretum de Hebreis declarantibus animum suscipiendi Baptisma.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a
Clementia
Sedis Apo-
stolica.

Metu priva-
tionis bono-
rum detine-
bantur Ru-
theni, quo-
minus ad uni-
tatem redi-
rent.

Preces Epis-
coporum cu-
S. R. Ecclesie
unitorum; &
causa pre-
sentis Statu-
ti.

Statutum re-
servandi bo-
na legitime
spectantia
Ruthenis
non relapsis.

Aterni Pastoris, qui misericors, & misera-
tor existit, nec vult mortem peccatoris,
sed ut magis convertatur, & vivat, vices, licet
immeriti, in terris gerentes, iis etiam, qui a
fide Christi aliquando aberrant, pietatis, & mi-
sericordiae januam reseramus, ac poenas quas
juris severitas in eos statuit, Apostolica Sedis
clementia moderamur, ut ejusdem sedis beni-
gnitate allecti, suis abjuratis erroribus ad Chri-
sti ovile, & pascua salutis reducantur.

S. 1. Cum itaque, sicut Venerabiles Fratres
Archiepiscopi, & Episcopi Rutheni cum S. R. E.
uniti nobis nuper exponi fecerunt, ipsi nil adeo
Ruthenos Schismaticos, quo minus ad verā, &
Orthodoxa fidei unitatem revertantur, deri-
tere, ac morari conpererint, quam metum pri-
vationis, & amissionis bonorum suorum tem-
poralium, qua ad gremium S. R. E. revertentis
ex causa schismatis, in quod delapsi fuerant,
multiores etiam per vim auferri consueverunt,
& si istiusmodi poena, qua in illis partibus inva-
luit, e medio tolleretur, ac bona temporalia ad
fidei Catholice unitatem redeundibus cre-
rentur, futurum sperent, ut Rutheni Schismati-
ci facilius, libenterque schisma, ejusque er-
rores abjiciant. Nobis propterea humiliter sup-
plicari fecerunt, ut in præmissis opportune pro-
videre de benignitate Apostolica dignaremur.
Nos animarum saluti quantum cum Domino
possimus consulere cupientes, ipsorumque Ar-
chiepiscoporum, & Episcoporum votis hac in
re favorabiliter annuere volentes, illorumque
singulares personas a quibusvis excommunicatio-
nis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasti-
cis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet innodata existunt, ad effe-
ctum praesentium dumtaxat consequendum ha-
rum serie absolventes, & absolutum fore cen-
fentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,
quod deinceps omnibus, & singulis Ruthenis
utriusque sexus tam Laicos, quam Clericis saeu-
laribus, & quorunvis Ordinum, & Militiarum
Regularibus cuiuscumque status, gradus, Ordini-
nis, vel conditionis existant, etiam Pontificali,
aut alia quacumque Ecclesiastica, vel mundana
dignitate fulgent, qui schismatis, ejusque erro-
ribus abjuratis, ad ejusdem S. Romanæ, & Uni-
versalis Ecclesiæ unitatem sincero corde rever-
tentur (dummodo tamen relapsi non fuerint)
bona, res, jura, & actiones tam active, quam
passive, qua ad eos etiam ante tempus, at tem-
pore eorum lapsus in schismate, & errores hu-
jusmodi quomodolibet legitime spectabant, seu
spectare, eis competere poterant, integre
referentur, ac reservata, & reservata esse in-
telligantur, ita quod post suam reversionem ad
ejusdem Ecclesiæ communionem illa retinere,
illisque frui, & potiri libere, & licite possint,
nullusque eos desuper ex causa schismatis mole-
stare, vel perturbare, iisque damnum, vel mi-
nimum præjudicium adferre audeat, seu præ-
sumat, auctoritate Apostolica tenore præsen-
tium statuimus, & declaramus.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas
firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suoſque plenarios, & integrō effectū fortiri,
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro
tempore spectabit in futurum plenissime suffra-
gari, & ab eis respective inviolabiliter obser-
vari; sicut in præmissis per quoscumque Judi-
ces Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſuarum
Palatii Apostolici Auditores & dictæ Sedi Nun-
cios judicari, & definiri debere; ac irritum,
& inane, si securus super his a quoquam quavis
authoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

S. 3. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis
Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincia-
libus, & Universalibus Concilis editis spe-
cialibus, vel generalibus Constitutionibus, &
Ordinationibus; legibus quoque Imperialibus, &
municipalibus, ac consuetudinibus, etiam immem-
orabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
sub Annulo Pifatoris die X. Februario
MDCCXXIV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum
de cultu immemorabili B. Andreæ de Comi-
tibus.

*Clem. XI. Conf. ed. 1713. Sep. 12. P. 13. confir-
matum fuit huic simile Decretum pro B. Gregorio.
Et Bened. XIII. Conf. ed. 1724. Jun. 4. P. 1.
promulgatur Canonizatio Beati Joannis a Capi-
strano.*

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolice servitus officium, quod inscrudi-
tabilis divina sapientia, atque bonitatis
altitudo humiliati, atque infirmati nostra cre-
dere dignata est, ad speciale fidelium ædifica-
tionem salubriter exequi, adspirante superni fa-
voris auxilio, jugiter fatigantes, fervorum Dei,
qui, despœta facili vanitate, jugum Domini
in sancta humilitate assumferunt, & virtutum
omnium præſidio muniti, decurso feliciter mor-
talis vita stadio, immarcescibilem gloriae coro-
nam in Cælis accipere meruerunt, cultum, &
venerationem in terris libenter promovemus,
sicut Dei gloriae, populorumque pietati conve-
nire concipimus.

S. 1. Cum itaque alias ad relationem Vene-
rabilis Fratris Noſtri Fabritii Episcopi Albanen-
S. R. E. Cardinalis Pauli nuncupati commis-
sio introductionis causæ Beatificationis, & Ca-
nonizationis Venerabilis Servi Dei Andreæ de
Comitibus Beati nuncupati Sacerdotis professi
Ordinis Minorum Sancti Francisci in Congrega-
tione Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejusdem
S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præ-
positorum habita die 25. Septembris proxime præ-
teriti, admissa, & a Nobis postmodum signata
fuerit; subinde vero instantे dilecto Filio Joanne
Baptista Lamberto de Aſte Fratre expreſſe
professo Ordinis Minorum ejusdem Sancti Fran-
cisci Conventualium nuncupatorum in sacra
Theologia Magistro hujusmodi cauſa Postulato-
re Processus in Curia Episcopali Anagni super
cultu ab immemorabili tempore ipſi Beato præ-
ſito, five super caſu excepto a Decretis felic.
record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Noſtri
in Congregatione Sancte Inquisitionis editis, au-
toritate ordinaria conſtructus, in quo Venera-
bilis Frater Joannes Baptista Episcopus Ana-
gnin. ſententiam super prædicto cultu protule-

Dat. 15. Febr.
1724. An. 3.

Procedium
promovendo
cultu Servo-
rum Dei.

Decreto præ-
dicto Con-
gregationis
confirmata
fuit ſententia
Episcopi
Anagnin de
d. cultu im-
memorabili.

rat